



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 122. Dubium, an hic Canon sub Julio III. fuerit conceptus, atque approbatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. CXXII.

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

*Dubium, an hic Canon sub Julio III.* 

---

*fuerit conceptus, atque appro-*  
*batus.*

Hujus Præfulis verba Marinus Lan- *Pallav. c. 16.*  
 cianensis Archiepiscopus, & Mar- *num. 8.*  
 cus Antonius Columna Tarantinus Ar-  
 chipræful cum summa moderatione ex-  
 cipiebant, atque ad disputationis ini-  
 tium Hispani ex aliarum Nationum Epi-  
 scopis paucos admodum, qui eisdem  
 suffragarentur, ac decretum circa Epi-  
 scoporum institutionem peterent, re-  
 censebant, postea vero eorum numerus  
 augebatur: Porro validissimum, quod  
 proferebant, hoc erat argumentum,  
 quod ejusmodi declaratio ætate Julii III.  
 non modo digesta fuisset a Præfilibus  
 banc in rem selectis, sed etiam a Sy-  
 nodi Patribus confirmata, nilque eidem  
 defuerit nisi ejusdem promulgatio in  
 Sessione facienda, adeoque contra jus  
 fasque quodammodo videretur, id nunc  
 Episcopis auferri, quod ipsis tunc con-  
 corditer adjudicatum fuerat.

Quapropter duntaxat agebatur de  
 quæstione facti, utrum hic Canon re-  
 ipsa sub Julio III. fuerit conceptus, at-  
 que approbatus, jamque plures, qui  
 huic relationi veritatem constare autu-  
 mabant, Hispanorum partibus accedere

H h 3. para-

SÆCUL. XVI  
A.C. 162

parabant: attamen Telesiae in terra Laboris Episcopus, qui regnante Julio III. Synodi Patribus a secretis erat, commentariis denuo lustratis, reperit illum Canonem non modo tunc a Patribus non firmatum, sed ne expensum quidem fuisse, quo supra modum gavii legati, eorumque Princeps Cardinalis Mantuanus in cœtu quinta Novembri habitu hujus rei præfens testimonium retulit.

§. CXXIII.

*Hujus rei veritas in quadam Congregatione ab Episcopo Segobiensi propugnata.*

Pallav. n. 8 **N**ihilominus Granatensis Archiepiscopus cum prima vice in conventu die vigesima Octobris hujusmodi definitionem efflagitasset, tanquam principiam sui petiti rationem proferebat, quod hic Canon sub Julio III. fuerit confirmatus, atque in hujus rei veritatem producebat testimonium Aialæ Segobiensis Episcopi, necnon Octaviani Preconii ex Ordine Fratrum Minorum Observantium tunc Archiepiscopi Panormitani, qui ambo hujus Pontificis aetate Synodo interfuerant. (\*) Hos in-

(\*) Subiungit Pallavicinus hæc verba: Si tam